



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXVII. Aesina de Bernabuccis. Filii in conditione positi, quando ex
Statuto vel conjecturaliter vocati essent, An vocatio intelligatur ad
portionem patris, non autem patrui, Et quando ad istam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Licet enim receptum sit, omnes personas in conditione positas ex statuto Urbis censeri vocatas, itatur etiam in universa linea vel descendencia in conditione posita legatur, illa tota vocata censeatur, ut decr. 479. num. 2. par. 5. recen. & melius in Romana seu Sabinen, fideicommissi 22. Maij 1656. coram Dumzetto inter suas dec. 984. & disce. preced. ita hodie sit propositione recepta, & in qua totum erat fundamentum ipsorum principalium aliquam peritiam habentium, ac etiam causa Patroni, qui præfensionem promovebat, Nihilominus difficultas erat quod hujusmodi tacita seu presumpta vocatio à statuto inducta non poterat plus operari quam expressa, cum nunquam fictio superare valeat veritatem;

3 Et tamen etiam in casu vocationis expressæ, quia nempe testator dicat vocare filiorum filios, nepotes, & descendentes, recepta pariter propositione est, omnes censeri vocatos, sed per vulgarem, non autem per fideicommissariam juxta decr. 207. Gregorii, Cavalier. decr. 496. & in aliis frequenter, etiam in vocatio prædictorum esset per copulam, fortius vero in præsenti, dum facta erat per alternativam, cuius natura est unum ex copulatis verificari.

Duplici etiam recepta conclusione obstante, 4 Una nempe quod filii in conditione positi censemur vocati sola vocatione activa non autem passiva, quia vocatione non censemur gravati decr. 249. & 272. par. 6 rec. Romana fideicommissi de Mutu 30. Ianuarii 1654. Cerro, & sepissime, Et altera, quod filii in conditione possunt censemur vocati ad portionem proprii parentis, cui possunt sunt in conditione, non autem ad portionem patrum, nisi isto defuncto, totum effectum esset unica portio penes parentem, ut infra in Romana fideicommissi de Capogallis, & in aliis, de quibus in discr. proximè seqq. Ideoque cum præfati essent filii filiarum, quæ ex statuto recepta dote nullam haberent successionis causam, nullaque datur in eis portio, ad quam filii dici possent vocati, neque urgerent efficaces conjecturæ, ex quibus ob contrariam testatoris voluntatem prætendi posset dictarum conclusionum limitatio; Hinc proinde dicebam non posse cum probabilitate litis assumptionem consuli; Atque in eandem sententiam devenirent cæteri Advocati, unde principales acquieverunt, non obstantibus consultis in contrarium per utrumque patrem & filium de Altogradis, ut de hujusmodi responsis liquerit inter controversias Altograd. iun. filii cap. 33. & 34. quoniam fundamenta per dictos consulentes, docte quidem ac elaboratè deducta, benè ponderata & discussa in congressu visa sunt concorditer minus sub silentia, praesertim ex defectu applicationis ad factum plurium conclusionum, quæ in suis casibus sunt vera, sed nostro non bene adaptatae, Ideoque indies, ac frequenter sum expertus veram propositionem ab ipso professionis initio geniale, ut proflus erroneum sit in judicando, seu consulendo ad veritatem sola consulentium auctoritatibus deferre, nisi examinentur eorum fundamenta, non solum quoad eorum substantiam in genere, sed etiam quoad applicacionem ad casum particularem spectatis facti circumstantiis.

•S) o (S)

AE SINA

DE BERNABUCCIS

P R O

CURTIO BERNABUCCIO

C V M

FULVIA BERNABUCCIA

Responsum pro veritate,

Fili in conditione positi, quando Statuto vel conjecturaliter vocantur, An vocatio intelligatur actionem patris, non autem patrum & quando ad istam etiam videntur censemur ex conjecturis, Etiam de transmissione.

S V M M A R I V M

- 1 **F**acti series.
- 2 **D**e jure novissimo equalis est successorum & femininarum, agnatarum & propinquorum.
- 3 **C**asus, in quo intret Statutum Laicale exclusione minarum quamvis ageretur de successione.
- 4 **V**bi filii in conditione possunt efficiendi vocati, ad portionem patris non patrum.
- 5 **F**allit ex conjecturis.
- 6 **D**e differentia quod filii in conditione possunt vocati ex conjecturis, vel patrum ex Statutis suetudine.
- 7 **T**ransmissione levioribus conjecturis inducitur questione.
- 8 **A**ppellatione cippi stante statuto exclusione lumen masculi.

D I S C . LXXVII.

PEtrus Matthæus Bernabuccius hereditatis Hypolitum & Constantium filios cum proca, omnibusque decadentibus abhinc filios sculis legitimis & naturalibus vocavit ad recessum hereditatis cippum domus, & ad aliam testatoris uxorem, unde mortuo prius Hypolito superstitibus Curtio & Fulvia, deindeque mens ab intestato Constantino, inter istos fratrem & dominum orta est controversia super successionem, nam intestato, quam in bonis dicti testatoris, & defuncti interrogatus pro veritate; Quod bona filii Constantini de quibus solum erat quaffio, contestata tam in acquisitis ab eo, quam in legibus detractionibus competentibus in bonis patrum. Dicebam casum de jure communie plenaria non qualiter utriusque successione attento jure novissimo Authenticorum, quamvis irrationabiliter, aqua nostra Italiz moribus ac Romanorum legibus contrario, dum imprudenter per nostros primos PP. publicum Justiniani inventionem recepimus, quod sublata est differentia sexus, ac agnatarum.

cognitionis; Et licet in loco adesset Statutum di-
cis antiquis legibus, ac regionis moribus adaptatum,
nihilominus non intrabat dum defunctus erat
clericus, atque Rota sequitur opinionem volen-
tium in hujusmodi successione statutariam dispo-
sitionem cessare, ut apud Ottob. decis. 149. & decis.
256. par. II. rec. & in aliis de quibus in sua materia
sub tit. de successione, Licet enim haec opinio ne-
dum minus communis, sed omnino irrationabilis
mili videatur ex deducitis dictis de successione, ac
etiam sub altero de Testamento, Attamen cum causa
penderet coram judice inferiori Status Ecclesiasti-
ci, dixi sequendam esse opinionem Rotæ, donec
ista ab ea recedat;

Quovadò bona fideicommissaria Petri Mat-
thæi testatoris, distinguendo portiones; Quatenus
pertinet ad illam Hypoliti communis parentis, nul-
la cadere videbatur difficultas stante Statuto ex-
clusivo seminarium, completere ex communi, &
recepta opinione etiam bona fideicommissaria,
dum statutaria dispositio, ita intrat in successione
gravata, ac in altera gravantis, cum quæstio esse sol-
leat, ubi intrat cum uno & non cum altero.

Quare dubitandi occasio restringebatur solum

ad portionem Curtii, an scilicet filii in conditione
positi censerentur ad eam vocati; Et in hoc quando
Curtius paterus prædecesseret Hypolito contenden-
tium parti, dixi causam esse extra questionem,
quoniam tunc non curata patrui perlona, totum
consolidatum dicitur, atque effecta unica portio in
persona Hypoliti patris, qua spectata inanis rema-
nebat quæstio, nam sive ex fideicommisso, sive ex
intestate successione ejusdem Hypoliti ratione Statu-
ti ab illo dubio intrantis potior erat masculi con-
ditio; Verum quia patrui ultimo loco deceperat.
Hinc proinde intrabat difficultas, cuius effectus
primo aspectu nullus videbatur, nam stantibus su-
predicatis circa intestatam ejusdem successionem,
sive essent vocati sive non, & qualis erat conditio;

Attentius autem considerando proficia remane-
bat quæstio, ad effectum, quod si filii in conditione
positi ad istam portionem vocati essent, tunc intra-
ter Statutum favore masculi, non obstante clerica-
tu gravata ex presumpta voluntate testatoris, qui
erat laicus, undè cessibat illa unica ratio, liceret meo
judicio patrum probabilitate presumpta voluntatis
morientis, in qua fundatur dicta opinio Rotæ, dum
in fideicommissaria successione attendenda est vo-
luntas gravata, non autem gravata.

In hoc igitur puncto dicebam pro negativa re-
spondendum videri, ob duplicit contrarie regule
obstantiam, Unam nempe in ipsam portione pa-
tris, ad quam pro regula recepta est opinio filios
in conditione positos non censerit vocatos; Et altera-
ram, ut posita etiam ex conjecturis, vel ex jure mu-
nicipali tali vocatione, illa intelligatur ad portionem
proprii parentis non autem ad illam patrui
postea defuncti, ut decis. 241. n. 3. par. 9. rec. Romana fideicommissaria Ferratinus, 16. Junij 1648. Melius & in
aliis de quibus disc. seqq.

Et bene verum, quod sicuti prima, ita etiam
altera regula limitatur ex conjecturis, ex quibus filii
in conditione positi dicuntur vocati, nedum ad
portionem proprii parentis, sed etiam patrui, & sic
ad eorum aliam hereditarium, ut decis. 14. & 201. in
fine par. 8. rec. dicta decis. 241. n. 4. par. 9. & in aliis, Ve-
rum difficultatem mihi inferebat factum, seu appli-
catio, an scilicet concurrent conjecturæ ad id
sufficiens; Ut enim sepius in proposito vel simili
insinuatum est, magna differencia constituta vi-

Cardin. de Luca de Fideicommissario.

detur inter casum, in quo filii in conditione positi
absque opere conjecturarum vocati censerentur, ut est
in Urbe ex Statuto, & in statu Veneto ex confue-

tudine ac alibi, & casum, in quo, adversante regula,
oporetat hujusmodi vocationem deducere ex con-
jecturis; Primum enī in casu cum vocatio ad portionem
parentis sit certa, tunc conjecturæ ex testa-
mento resultantes nullam in ea faciunt operatio-
nem, undè omnes adaptari possunt ad operandum
in altera portione; Secundus autem in alio casu, quan-
dò oportet multiplicare præsumptiones, seu spe-
cialitates, ac limitationes, ob duplē operationem,
cujus ratione magnus concursus conjectura-
rum in pondere & efficacia necessarius videtur; Id
eo que insinuabam, ut sepius in aliis, caute proce-
dendum esse super intelligentia, seu applicatione
auctoritatum ac decisionum admittentium ex con-
jecturis vocationem filiorum in conditione positi-
orum, etiam ad portionem patrui, cum plerique
sint in causis Urbis & districtus incongrue appli-
cables aliis causis extra districtum, quoniam stante
Statuto vocatio ad portionem proprii parentis est
certa & dispositiva non indigens conjecturis, que
solum referendæ veniunt ad alteram operationem,

ut in aliis proxime ad materiam.

Unde quamvis in proposito facti specie quinq;
desum possent conjecturæ, Primum nempe ex qua-
litate legitimatis dictis filiis adiecta; Secundum ex
qualitate masculinitatis, Tertio ex reciproca inter
primò institutos Quarto ab exclusione propriæ fi-
lie dotare, Et quinto ob vocationem cippi, que
omnes in preposito sepius canonizatae legituntur
ex deducitis per Adden. ad Buratt. dec. 385. & in Fulgi-
maten de qua supra disc. 78. Nihilominus advertebam
casus sufficiens esse ad unam tantum non tam
videri idoneas ad utramque operationem prædi-
cam, undè videbatur in isto motivo non omnino
statutum constitui posse fundamentum per Curium
juniorum masculum, ex cuius parte requisitus eram.

Tutius fundamentum mihi videbatur alterum
transmissionis, que licet etiam habeat contra se re-
gulam, admittitur tamen ex conjecturis levioribus,
quia faciliter inducitur transmissio quam vocatione
ex deducitis per Greg. decis. 56. & 551. Buratt. & Adden.
decis. 568. ac habetur infra in Bituntina, & in Narnien.
& in aliis Ideoque absque necessitate assumendi di-
cūm præcedentem punctum tot difficultates ha-
bentem, magis de plano intrare videbatur iste, ad cuius
effectum, non solum militabant conjecturæ
prædictæ, sed altera efficacior progressus ad ul-
teriorum substitutionis gradum favore uxoris vel
cippi, undè cessabat favor libertatis, cuius ratione
potissimum intrat regula transmissionis impediti-
va, ut in dicta Bituntina & in aliis.

Et ulterus quod in omnem eventum, stante
prædecessu Fulvia substitutæ, in moderate in hac
portione Curtii morientis absque filiis factus esset
locus substitutioni ad favorem cippi, cuius appella-
tione, stante præferrim Statuto exclusivo seminarium
interpretante testatoris voluntatem, ve-
niunt solum masculi non autem feminæ præcipue
& qualis gradus, cum numerus pluralis ex veriori &
magis recepta opinione, cessante potissimum con-
cursu prædictorum, ac ratione absurdì resolva-
tur in singularitatem, ac verificetur in singulis mori-
entibus absque filiis discretivæ, ut haberent sepius
infra ad hanc materiam numeri pluralis resol-
vendi in singularitatem disc. 93. &
sequentibus.

R

PRAE-

LUCA
de
mentis
cat.
VI